



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Pavli Laymann è Societate I: Theologiæ Moralis  
Compendiv[m] absolutissimum et in quinq[ue] libros  
partitum**

**Laymann, Paul**

**Moguntiæ**

3. De posseßione bonæ fidei, quatenus restituere teneatur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40716**

## C A P. II.

*Vtrum restituere ablata sit necessarium ad salutem.*

**R**estituere iniuste ablata est necessarium ad salu-<sup>1</sup>tem, necessitate præcepti: patet Rom. 14. Red-dite omnibus debita. Ratio, quia rem alienam deti-nere, destruere, continet iniquitatem & iustitiam, quæ alio modo tolli non potest, nisi per restitu-o-nem. Ergo.

Licet præceptum restituendi secundum formam<sup>2</sup> sit affirmatum, tamen includit negatiuum, & ita semper & statim obligat (dum creditor rationabili-ter inuitus est) sicut omnia negatiua præcepta (V.C. restituere & non detinere.)

Vnicum est peccatum iniustitiae detentionis &<sup>3</sup> non restitutionis: quia opponitur vniico præcepto iniuste non retinendi, & consequenter restituendi.

## C A P. III.

*De Posessore bona fidei, quatenus restituere teneatur.*

**B**onæ fidei possessor, si intelligat rem alienam ef-<sup>1</sup>se, non plus restituere deber, quam possidet, nisi legitimè præscripsit. Quod si consumpsérit res, nihil tenetur restituere, nisi in quantum locupletior inde factus. Ratio, cum bonæ fidei possessor nullam iniu-riam intulerit, non obligatur ex capite iniustæ accep-tionis, sed solum ex capite rei acceptæ & possessæ, quare plus restituere non cogitur, quā possidet. V.C. Si vestem holosericam 20 aureis valentem, & à fure tibi donatam, bona fide accepisti & attriuisti; po-stea verò dominus comparet, in primis ipsi restitue-te debes vestem attritam, quæ forte non am-

Aa 4 plius,

plius, quam 10. aureis valet. Deinde compensate debes attritionem vestis, non omnimode, sed quantum dicitur factus es. V. C. si eo anno 6. aureos restiendo insumpsiisses, nisi vestem holosericam accipisses, 6. tantum, non 10. aureos. Quod si vestis non donata tibi sit, & empta, nihil praeter vestem tritam restituere debes, quia nihil dicitur factus es, ut patrimonium tuum auctum fuerit. Item si adnam furtiuam iniustatus fuisti, ad nihil teneris, ne quantum domi de tuo erogasses, nisi prandio sumuo participasses.

Item milites ex mandato superioris in causa bia, vel bello materialiter iniusto bona fide pugnantes; intellectu postea iniustitia belli non tenentur sarcire rapinas, nisi in quantum locupletiores haec non attendendo, quod fornicationibus &c. non consumperint; quia nihil contra iustitiam percurrunt, cum ignorant res alienas esse.

2. Fructus alij sunt rei, alij industrie, vt lucrum, quod negotiando acquiritur, vino, pecunia, &c.

Fructus rei alij sunt naturales, quos natura producit, vt foetus animalium, herbae, &c. Alij sunt mixti, ad quorum productionem aequae hominis industria, quam natura operatur. V. C. Segetes, caseus, Vinum, oleum, lana. Huc referuntur pretia domorum, instrumentorum &c. locatorum: qui fructus ciuiles dicuntur, eò quod non propriè fructus sint, & ad similitudinem fructuum iure ciuili constituti, iuxta leges prediorum, ff. de usuris: Praediorum urbanorum pensiones pro fructibus accipiuntur.

NB. Fructus *mixti* dicuntur tales à Iuristis: *naturales* autem à Theologis. Item Fructus alij sunt recipiendi, pendentes, alij percepti, à solo se parati.

Fructus

Fructus vel potius lucra, quæ meræ industrie sunt,  
ad bonæ fidei, imo etiam malæ fidei possessorem, o-  
mni iure spectant. Nam sicuti fructus rei, rem sequi-  
tur, eiusque dominum; ita lucrum, veluti fructus  
industrie ad eum pertinet, qui adhibuit.

Coroll. 1. Si quis alieno instrumento opus elabo-  
ravit ad aſſificem, non ad instrumenti dominum, ar-  
te factum pertinet: Instrumentum tamen, & uſus  
valoré domino rei restituere debet. Pecuniam furti-  
ua negotiatione expositam, lucrum inde proueniēs,  
ad furem periret.

Fructus percipiendi, v.c. fœtus in utero, ſegetes  
ſolo adhærentes, vna cum re domino eius cedunt,  
quia carentur pars rei frugiferæ.

Fructus rei non ſolum naturales, ſed etiam mixti  
ex re aliena percepti, ſi extantes ſunt, domino resti-  
tui debent, deductis expensis, & aestimatione labo-  
ris. Ratio, quia Locupletari aliquis non debet cum alterius  
iatura reg. 48. in 6. Et l. nam hoc ff de condicione inde-  
biti: Natura æquum est, neminem cum alterius detrimento  
fieri locupletiorem. Locupletior autem fieret bonæ fi-  
dei poffessor, ſi præter expenſas suas aliquid ex fru-  
ctibus rei alienæ perciperet.

NB. Fructus industriales in foro externo ciuili, ſi  
ſeparati ſunt, ſeu percepti bonæ fidei poffessori ac-  
quiruntur, tunç ſi extantes ſint, à domino repeti non  
poſſunt, instituta actione reali vindicationis, ſed po-  
tius cōdictione ſine cauſa, vel Iudicis implorato au-  
xili oꝝ officio ob æquitatem. Fructus autem merè  
naturales, v.c. poma, ſeparati, bonæ fidei poffessori  
non acquiruntur, quod dicitur l. 48. ff. de acquir. red.  
dom. Quod etiam naturales ſint bonæ fidei poffe-  
ſoris, id verum eſt, quod bonæ fidei poffessor loco

Aa 5 domini

domini habeatur, interim dum illi lis non mouetur,  
ad eo ut si fructus etiam naturales alienauerit, ad  
nihil teneatur, nisi forte inde locupletior factus  
sit.

6. *Premium locationis ex re aliena ad eius dominium  
spectat, licet dominus rem, si penes se habuisset, non  
quam locatus fuisset: hoc enim est per accidens.  
Exemplum habes in ædibus alicui elocatis, & tor-  
que aurea aliena, quæ non numeratur inter res vñ  
absumptibiles, sed eius usus à domino separari al-  
tri concedi, & per se in æstimationem venire potest  
quare premium elocatae torquis non est meræ indu-  
striæ, sed ipsius rei fructus, quippe cum proprietati  
ius usum pendatur, consequenter ad rei dominium  
spectat.*
7. *Si bonæ fidei possessor fructus rei absumpsit, re-  
stituere debet, quatenus locupletior factus est, qui  
ut supra l. 14. ff. de condic. indebiti, hoc naturam  
quum est, neminem cum alterius detrimento feri-  
pletorem.*
8. *Bonæ fidei possessor fructus perceptos ex fundo  
alieno, breuiore tempore, id est, 30. annis, usucare  
potest, quam ipsum fundum, quippe tempus lon-  
gum ad eum usucapiendum requisitum.*

#### C A P. IV.

##### *De Possessore malefidei, quatenus restituē- teneatur.*

I. **M**alæ fidei possessor est, qui iniuste possidet,  
sciens, vel per crassam ignorantiam scire inter-  
mittens, ius sibi non competere. Quo non compre-  
henduntur ii, qui impropriè malæ fidei possessores  
dicuntur.